

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Dubium an iis veteres usi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

52 De CALCEIS HEBRAeor.

nysiani aerario, singularique armatio stat inclusa, id ostendere, quæ præter vestimentorum, quibus in sua inauguratione Gallici Reges uti solent, insignia, calceos è serico cœruleo, liliis aureis distincto, spectantium oculis exhibet. Olim tamen calceos cœrulei coloris in usu fuisse merito dubitamus. In omni antiquitate unicum exemplum nos observare potuimus, & quidem non adeo vetustum, de Michaelis Palæologi Socero, qui Sebastocrator dicebatur, & cœruleis calceis ab Imperatore distinctus fuit, uti memoriæ prodidit Nicephorus. Cœsar, inquit, cum Despote Socero Sebastocrator appellatur. Soceri vero illustri discrimen in cœruleis calceis aquilæ intertextæ constituebant. Scilicet, ea tempestate, qua purpureus color Imperatorum Constantinopolitanorum proprius fuit, in calceorum cœruleo colore discrimen est possum, ut ab ipso Imperatore socier distingueretur, qui cum aquilis intertextis cœruleos calceos habebat, cum Imperator cum aquilis intertextis purpureos gestaret.

A.

Niceph.
lib. 4.

At exemplum vetustius nos nullum legimus, aut ab ullo hominum eruditiorum vidimus animadversum. Ut non immerito ambigemus an inter Hebræos veteres cærulei calcei fuerint in usu, quod tamen omnino necesse est, si $\ddot{\nu}\alpha\kappa\iota\tau\sigma$ colorēm cæruleum notaret.

VIII. Dicendum ergo pro colore *purpureo* $\ddot{\nu}\alpha\kappa\iota\tau\sigma$ sumendum esse apud LXX. Senes, quomodo & vir summus Samuel Bochartus $\tau\omega \nu\eta\eta$ accipit vel pro hyacinthino colore, vel pro hygino, qui hyacinthino est affinis, (quod multis etiam docuit maximus Salmasius, qui hyacinthinum & hyginum ita differre probat, ut tamen affinis sint tinturæ, & utrumque pro *purpureo* usurpetur) qua significatione etiam sumendam vocem *Sasguna*, quam Syrus atque Chaldaeus habent, contendit, ut nempe idem sit, quod apud Græcos $\ddot{\nu}\sigma\mu\tau\sigma$, qualis colorocco tingitur, & ad purpuram accedit.

IX. Nos quidem non dubitamus, quin $\nu\eta\eta$ sit is ipse color, quem $\aleph\zeta\lambda$ *laccæ* Talmudici vocant. Illud observandum $\tau\omega \nu\eta\eta$

Bochart.
loc. cit.

Salm. Exer.
Plin. pag.
272.